

linea, & circuli peripheria comprehenditur.

7.

In segmento autem angulus est, cum in segmenti peripheria sumptum fuerit quodpiam punctum, & ab illo in terminos rectæ eius lineæ quæ segmenti basis est, adiunctæ fuerint, rectæ lineæ: is, inquam, angulus ab adiunctis illis lineis comprehensus.



8.

Cum verò comprehendentes angulum rectæ lineæ aliquam assumant peripheriam, illi angulus insistere dicitur.



9.

Sector autem circuli est, cum ad ipsius circuli cætrum constitutus fuerit angulus, comprehensa nimirum figura, & à rectis lineis angulum continentibus, & à peripheria ab illis assumpta.



10.

Similia circuli segmenta sunt, quæ angulos capiunt